

**05**

**A**

**636**





2  
PENTAS QUÆSTIONUM  
DE  
MAGIA,

*Quæ*

SUCCESSVM LARGI-  
ENTE NATURÆ AVTHORE, ET  
Conservatore, jussu scituq;,

*Amplissima Facultatis Philosophicae in inclusæ Wit-  
tebergensium Academiae.*

PRO LOCO

*In eadem Facultate sibi adsignato,*

Publico examini subjeit,

M. GEORGIUS OBERLA

Plavens, Alumn. Elect. Saxonicus.

RESPONDENTE

ERASMO SEIDELIO, Fidei.

Bricensi March.

*Ad diem 16. Decemb. anni ad finem properantis 1614. in Col-  
legij novi auditorio in igno, horis à 7. matutinis.*

WITTEBERGAE,

Typis Müllerianis.

---

M. DC. XIV.

Decorative border at the top of the page.

MENTAS QUESTIONUM

DE

MAGIA

Quam

SUCCESSIVAM LARGI-

ENTEM NATURAE VITAE ET

CONSERVATIONIS

PROLOGUS

PROLOGUS

PROLOGUS

PROLOGUS

PROLOGUS

M. GEORGIUS OBERLA

PROLOGUS

PROLOGUS

PROLOGUS

PROLOGUS

PROLOGUS

PROLOGUS

PROLOGUS

PROLOGUS

PROLOGUS

Decorative border at the bottom of the page.





Et in Deo.

# DE MAGIA.

## Præloquium.



*Quicquid sine DEI communionem facias, id verò factum ne putes: pio affectu scribit Scal. l. 3. Poet. c. 11. Hac ut gaudere queas, Priusquam incipias oratio: & ubi oraveris, mature factum opus est: Ex C. Salustio. Ergo, qui potes, bone IESU, adesto Spiritu tuo: & vorum nostrum secunda: ut dispulsa omnis erroris nebula in hac difficili materia nil nisi grata tibi dicere liceat. Ex Scal. Vota æqua nunquam respiciunt aures DEI. Ad labores ergo qui præ manibus sunt. Esto.*

### Quæstio 1.

#### Quid sit Magia?

*Sane, si unquam alibi, heic certe ex vocis usu cognito, in rei facillime deducemur cognitionem. Quæ Etymon autem Magia Magia Persicos videtur habuisse natales. Persis enim Magi vel unde dicitur Magus fuisse creduntur, qui nobis sapientes: Quorum etiam tanta apud ipsos erat auctoritas, Regis axioma te ut gaudere qui vellent, prius disciplinam eorum degustare necesse haberet: notante Peucero l. de Divinat. & Tullio de eadem, Joh. Bapt. Porta l. 1. c. 2. Magia natur. Delrio ex Hieron. super Dan. tom. 1. l. 1. c. 2. disquis. Mag. fol. 29. & tales Magos fuisse illos, qui cunas Christi visitant. Mat. l. 2. persuasissimum nobis habemus. Verum enim verò ha-*

12

mans



3. Magie illi-  
beralis  
qui pri-  
mus au-  
thor?

4. Quomodo  
in Græcia  
am vene-  
rit?

5. Magie Di-  
visio.

6. Quid vera  
Magia.

7. 8.

9.

10. Magia  
fa. si.

11.

mana periclitantia. & abusus improbus fecit, ut & illa male audire;  
hincq; monstruosissimis nominibus pericaperit. Hujus quis primus  
extiterit author, omnibus non convenit: quidam Chammum,  
illum Noa filium, quem alij Zoroastrem dicunt: alii Simonem Ma-  
gum: alii alios producant. Qua de re vid. VVierus l. d. c. 3. p. 146.  
& c. 4. Polyd. Virg l. 1. de invent. rer. c. 22. Cornel. Agripp. l. 1. de  
occult. Philosoph. c. 2. Delrius l. d. tom. 1. c. 3. p. 2. & alij: Interim  
ex Pertide in Græciam eam invecctam fuisse plurimi ex illis non  
obscurè colligunt. Nos, ut ad institutum propiùs accedamus, di-  
sparamus ex delibatis hiscie Magiam in veram & licitam: & in-  
famem seu illicitam. Veram (aliis physicam seu naturalem) finimus  
cum Piccol. l. de facult. morus anim. c. 25. conjunctionem  
quandam agentium & patientium invicem comparantim  
ad efficiendum aliquid per sui conditionem & naturam, la-  
tentem tamen & cum admiratione. Et hanc sanè, suis si se cor-  
tineat cancellis, ex agro Sapientum eliminandam non esse, de facili  
persuadeberis, cum h. m. nihil sit aliud, quam quod nobis Philoso-  
phia; Immo VVierus l. 2. de prest. c. 3. p. 152. ex Hebræorum Rabbi-  
nis annotat, antiquos Patres Sanhedrim, h. e. Consilium &  
Judicium Magnum admisisse neminem, nisi Magiæ peritum  
& gnarum 70. linguarum. At postquam limites egressa est  
suos, aliam nunc nobis obvertit faciem, & fascinatix, præstigiatix,  
& c. eius Cultores: venefici, arioli, angures, lamia, sry-  
ges, & c. Zauberer/Hexen/Warsager/Unholden/Schwarz-  
künstler/etc. dicuntur (qua quomodo ab invicem disparentur nos-  
mina, vide Delr. tom. 1. l. 1. disq. Mag. c. 2. pag. 30. & Gödelm.  
tract. de Magis in præfat. v. 5.) quales fuisse leguntur Simon Ma-  
gus. Act. 8. v. 9. Elimas ibid. c. 13. v. 8. & alij. Hoc pacto finitur:  
Ars impia, scelerata, ope Diaboli, pro ut divina permiserit  
justitia, mira efficiendi potens. Scal. exerc. 327. eam infimam,  
fædam, sordidamq; dicit: unde Magus hoc sensu nil aliud erit, quam  
qui Dæmoni operis locat suas: & vicissim in consiliis, variis mediis  
eiusdem expectat & operat consilia & auxilia. Huius aliquot spe-  
cies, Deut. 19. v. 10. annotatas & explicatas invenies apud Reve-  
rendo.



tend. Fran. Zium, Precept. & Promotorem nostrum per omnem  
 tam colendum disp. 19 in Deut. à th. 98. è quibus, ut & definitio-  
 tione ipsa satis quis genius hujus artis sit perspicies: Itidemq; Num  
 tutò e dem incumbere queas, animadvertes. Sanè 1. si fine  
 bono, 2. neq; serioribus & utilioribus posthabitis eius studium  
 susceperis, 3. si tantum ut nosse eam, non autem eã uti discas, 5. im-  
 mo si ipse facile à dulci eius veneno te preservare noveris, non dissua-  
 serim: cum & hoc modo waxodōxiav, anima sc. venenum, Pseudo  
 Prophetas, quid? Diabolum ipsum ut agnoscamus scriptura jus-  
 beat: Sic enim facile latentia pericula istius effugere, Strophas &  
 fraudes eius detegere, & quam longis post se parasangis Christi mi-  
 racula Diabolica hacce relinquunt, docere poteris. At utrum eius  
 non tam L. L. divine, quam humana maximò perè damnant, & c.  
 Lege B. Chemnit. part. L. C. 2. l. de lege fol. 52. Simul hinc & illud  
 clarere tibi poterit; quo pacto Spirituum sic dictorum familia-  
 rum (seu Marinellorum, sive Magistellorum, & quod adsint ad-  
 siduè, paredrorum:) operã uti frui queas? Etenim cum modus,  
 quo in erudiendis hominibus uti solent, minimè pietati proba-  
 tus; finis etiam, quem propter id faciunt, satis ominosus: rarò enim  
 Dominorum sine noxa solent recedere, ut cetera taceam quæ  
 copiosè invenies apud Rev. D. Meisnerum, Precept. & Fautorem  
 nostrum nunquam satis laudatum part. 2. Phil. Sobri. cap. 2. q. 1.  
 non est ut illam ullo modo laudemus: ut ut ingenuitatem huius rei,  
 publica protestatione & juramento Spanheimensis ille Abbas, Tri-  
 themius, in Steganographia sua pæfat. obtrudere pius non fuerit ve-  
 ritus.

12.  
 Num illi-  
 bara con-  
 scientia  
 Magiam  
 illibera-  
 lem quis  
 discere  
 queat?  
 13.  
 14.  
 15.  
 Quid ha-  
 bandum  
 de spiriti-  
 bus famili-  
 aribus?  
 16.  
 17.

## Questio II.

An omnes Magia effectus sint tantum  
 putativi?

Simpliciter & absolutè id adserendum esse non putarem: cum po-  
 tissimum Scriptura ipsa & LL. humana Magos ultimo supplicio  
 adscriptos

A 3

adscriptos cupiant: & tales quidem qui Magicis operam nava-  
runt artibus, tam ut falcinis lædant quàm ut revelantem  
Diabolum audiant: nec non eorundem signis, si fieri posset, e-

Exod. 20.  
Levit. 18.  
Num. 22.  
Deut. 18.  
M. 24.

2.  
3.  
4.

Quomodo  
Diabolus  
hominibus  
imponat?

5.

6.

7.

8.

lectos etiam in errorem duci posse Christus pronuntiavit: quin &  
Christi Apostolus Antichristi adventum in potestate & signis  
& prodigiis mendacij futurum describat. Labet Ergò cum Theoll.  
Scholis effectus istos Magicos in veros & falsos seu putatitios  
herciscere. Novit enim ille mille rerum artifex, divinâ potiss.

si gaudeat permissione, hominum generi egregiè imponere: 1.  
vel sensus obnubilando, ne ad obiectum queant pertingere: vel  
objectum occultando, aliudq; loco istius monstrando: cuius rei e-  
gregium habet exemplum Gödelm. l. 1. de lam. c. 3. n. 19. cui simile

refert B. Lutherus ex vitis Patrum tale: Ad S. Macarium, habi-  
tantem in deserto, venerunt parentes cujusdam virginis,  
quam amiserant, sic tamen quod putarent eam in vaccam  
esse conversam, quia non poterant aliam, quam vacca for-  
mam videre. Adducentes igitur filiam ad S. Macarium,  
rogabant orationem ab ipso ad Deum fieri pro ea, ut resti-  
tueretur ei humana forma. Hoc audiens Macarius, inquit,  
Virginem video, non vaccam, & c. Orante autem S. Macario  
pro virgine, non ut humanam speciem, quam nunquam a-  
miserat, reciperet, sed ut Deus hanc illusionem Diaboli ab  
ea auferret, aperti sunt oculi parentum & filia, cognove-  
runq; hoc totum, quod ipsis videbatur serio geri, merum  
ludibrium Satanæ fuisse, in comm. super epist. ad Gal. c. 3. fol.  
105. Et post pauca ait: potest igitur Satan egregiè perstringere o-  
mnes sensus, ut jures se videre, audire, tangere aliquid, quod  
tamen non vides, & c.

II. Vel oculorum vim impediendo, humores eorum cor-  
rumpendo, ut aliter rem concipiant quam est. Sic Præfetto  
Tigurino, referente Lavatero de spectr. l. 1. c. ult. summo mane cum  
servo per pascua iter facienti, offert alium civē Tigurinum, cum equâ  
nefariè se commiscentem: qui tamen reversus, sic vili, civis domum  
pulsat & ex diligentissimâ inquisitione, eum domo sua nunquam  
egressum,



egressum fuisse, deprehendit. *Exempla vide plura ap. Camer. l. i. succis. c. 70. & insigne apud Vier. l. 6. 1. 6. fol. 673. & quid mirum, cum & natura illi apud Philosophum sui ipsius simulachrum, oculos ante semper potuerit depingere? l. 3. Met. c. 4.*

III. Aerem intermedium condensando, isti q; quam nobis gestit occultare, rei assimilando: *Cuius exemplum vide ex Philostrato apud Casm, in Angelograph. part. 2. c. 29. p. 508. Alius lubens transilio modos. Sed & REALI operatione, subtili q; artificio plura ab iisdem geri spiritibus: & bis mediantibus, lamiis nonn' cogit nos fateri spirituum illorum 1. scientia: 2. potentia: 3. tum diuturna & multiplex, à primo inde a vo comparata experientia: 4. essentia item & 5. qualitatum, qua pol- lent, exacta scientia: 6. incredibilis celeritas: 7. sensuum acrimonia, 8. nec non Diabolorum ad invicem familiaritas intima? Quod se dubitas, quæso, tibi historiam paullulum considera, & facile, si spero, astipulantem te experiar. Anne tam inauditum, Diabolo dapes (aliq; aliunde rapta) suis istis confederatis attulisset? Vellus Trithemius sufficere poterit, Hic, Manlio annotante in coll. Philipp. cum in diversorio publico nihil cibi reperisset, tantum beviter manu fenestram pulsavit, & mox expestus est, quandam patinam lucis coctis repletam apportare. Anne tam infrequens est, lac & c. Diabolum abstulisse, suisq; asportasse? Qua tamen in parte egregie maleficas novit decipere, ut putent se ex iuncis lacemulgere: vel per epistomium excipere: cum tamen nihil minus ab ipsis fiat. Hujus rei lepida habetur narratio in Ioh. Beetzii Carmelitæ præceptorio ad præc. 1. expor. ult. cap. 7. Quædam vetula, dierum malorum plena, volens ex invidia impedire lac vacca vicini sui: accepit cultellum pergens ad ostium domus, in qua vacca fuit, & ponens se contra splendorem lune, dixit:*

Hier syndick een Spaen/in Mollecken's ghewæen/  
 Ende een ander da er toe/soo neem ick het Melck van  
 deser Roe.

Quæ verba audiens Dominus vacca arripuit fustem, & currens post eam, atque percutiens, aiebat:

Hier

9.  
10.

11.

An realis  
Diaboli o-

peratio.

12.

13.

14.

An Dia-  
lus aliunde

possit ad-

ferre da-

15.

Lamia an  
queant lac

vaccis suba-  
ducere?

16.

17.

Hier staen ick eenen Slach / ende eenen anderen als ick  
mach /

Ende den derden daer toe / soo behoud ick die Melck  
metter Roe.

*Egregium sanè praemetitò debitum.*

18. *Lappi ven-  
cosum  
habent  
venales?* Huc referunt Finnarum & Lapporum septentrionalium Ma-  
giam quam ex Olai Magni 3. c. 18. recenset & Hierus l. 2. c. 7. fol.  
173. & Gödelm. tract. d. l. 1. c. 6. v. 7. p. 58. quod videlicet loa-  
leant venalem contra ventorum tempestatem, exhibere  
ventum: mercedeque soluta tres nodos Magicos propinare,  
hoc cum moderamine, ut, ubi primum dissolvissent, ven-  
tos experiantur placidos: Sin alterum, vehementiores: at  
ubi tertium, tempestates omnium fevilissimas, &c. Sed tu,  
si pius es, & verum amas, dic quæso, quemnam heic putas navim  
impellere? Vide plura in hanc sentent. ap. Delr. tom. 1. l. 2. q. M. 9.
19. *Quibus non absimile & istud, quod de rerum amissarum, furum, &c.  
Quomodo imaginibus quærentibus novit D. mon easdem in speculis, po-  
possit Dia- culis aqua repletis, crystallis, annulis &c. monstrare: quando vi-  
bolus fa- del, præcedentibus actibus interfuit ipse: vel socios suos id  
rem, &c. narrare audit. Quod si tali præsidio destituitur, tum dorsum solium  
ostendere? obvertere didicit: ne scil. ex lingue dicas noscere leonem.*
20. *Magorum  
apud Pha-  
raonem  
num Vera  
fuerint mi-  
racula?* Quæritur hic à pluribus: Quo loco Magorum Pharaonis ha-  
benda veniant miracula, quæ Exod. 7. 8. &c. leguntur? Duos  
autem modos proponunt, quorum uno ea effecta esse putant. Vel  
ope incantatoria seu Diabolica Phases rerum oculis asstantium  
oblatas; vel ope Diabolorum veras, aliunde tamen sub præ-  
sacula? (de novo enim quid creare solius DEI est) substitutas fuis-  
se. Hier. l. 2. d. prest. c. 8. fol. 178. Delrius tom. 1. l. 2. q. 6. p. 243.
21. *Gödelm. l. 1. c. 3. de prestig. v. 13. 14. p. 23. Casim. pag. 2. angel. c.  
18. q. 4. p. 52. ludica tu, si potes, qui modus verior. Incidenter &  
imere la- istud expediri potest: cum lamias de loco in locum, & comitia  
miarum in solita, vss dem Blofsberg/ oder Heneberge. (sive etiam amassa  
montem am birco subvectam) per aetern abripere valeat Dæmon? ubi ter-  
dum Pavovivus. Interdum autem revera, ex permissione divi-  
nait*

na id fieri, plurimis adserunt. vid. *Vier. l. 2. c. 12, 13. Delr. tom. 1. Prudero-*  
*fol. 345. Godelm. l. 2. c. 4. S. 1. 2. segg.* rum, vel

Non minor autem dubitatio est de unguento isto armato. *subrectio-*  
rio, num si illud armis concinne applicent Chirurghi isti, *ne amasie*  
*bis* Wundsegner/ vulneri absentis medelam polliceri vale- *per bir-*  
ant? *Mihi quidem, ut & sanioribus omnibus, non videtur: quin cum ha-*  
potius *Magica & superstitiosa illa curatio facile deprebenditur. Cur bendum &*  
enim *laxa non potius parti, quam laedenti adhiberetur: 23:*  
*egreditur vis sanativa a telo obligato & ad membrum vulnera-*  
*tum se recipit? at: nonne aeternam alteraret, potiusq. cum sanativum num alio*  
efficeret: tandemq. *pevitus deficeret? quomodo autem dissitum qua via?*  
*a vulnerato sine intercedente contactu vel virtuali vel actuali cu-*  
*rabit? Esto: tangat egressa virtus incolumis corpus: quid, quales fiet,* *24-*  
*si forte an non laesam, sed salvam, attingeret partem? Confugis ad* *25.*  
*nescio quam Sympathiam? Heus bone, cum illa ex forma rerum* *26.*  
*substantiali fluere debeat, ubi hic est? num gladium cum vulnere,* *27.*  
*vel sanguis cum eodem, ratione formarum substantialium ales-* *28.*  
*amicitias? Sed parum abest, quin exclamem: Cum desinit laede-*  
*re Satan, creditur sanasse. Vid. pluribus Godelm. l. d. l. 1. c. 8.*  
*a S. 33. adde & orat publ. Rev. Franzi de oraculis Ethnicis. Sed*  
*satis de istis Diabolicis effectibus. Optimum omnium autem* *29.*  
*est (de quo merito nobis gratulamur, quod Diabolorum & con-* *Diabolorum*  
*federatorum suorum potentia minimè absoluta sed limitata* *potestas*  
*est: illa enim si uti frui possent, num tuus, qui serio IESVM co-* *nam abse-*  
*lunt, vel ad unicum hornu unius quadrantem vitæ posses polliceri* *101*  
*usuram? num vel offulam putas relinquerent, quam venero non* *30-*  
*inquinarent? Finita sc. potentia est, & quod potest, id DEO* *32.*  
*prohibente minimè potest: id quod nobis suggerit Hiobi Histo-*  
*ria & 1. Reg. 22. 1. Sam. 16. & 18. & praeteris Exod. 8. M. 8.* *33.*  
*Unde consequens, quod ea quæ solius DEI concernunt omnis* *An Diabo-*  
*sapientiam, omnipotentiam, omniscientiam, &c.] Diabo-* *lus valeat*  
*lus vindicare sibi minimè queat: qualia: mortuos invitam* *excitare*  
*revocare. 1. Sam. 2. v. 6. Iob. 5. v. 21 scrutari corda & renes, Ps.* *mortuos &*  
*7. v. 10. Apoc. 2. v. 23. Fictitia ergo illa omnia erant, quacunq. de* *34.*  
*Samuelis*

Samuelis resurrectione & aliis id genus Diaboli operibus, nonnulli  
gannunt, vid. Debr. l. d. tom. 1. l. 2. q. 6. & 29. sect. 1. p. 629. Co  
del. l. 1. d. c. 4. p. 33. Properandum.

### Quaestio III.

An homo vi artis Magica queat mutari  
in lupum, felem, &c?

1. **S**tamus pro N. mutatio enim inter duo contraria est quae  
2. semper presupponunt subiectum in quod agant. At monstrae  
3. dem hic. Vid. s. Phys. 3. v. 7. nulla sane vel humana, vel angelica  
4. potentia (DEVM excipio, qui potest ea quae non sunt, vocare, ut  
5. sint) eo usque se extendit, ut rerum species immutare valeat: For-  
6. mam mutari, ais? Sed qualis illa materia, quae potentiam habet  
7. naturaliter receptivam eius numero forma, quae ab alia materia e-  
8. jusdem specie naturaliter recipi potest & ubi est? Sicut materia de-  
9. terminata est ad unam numero eiusdem speciei formam: ita & cui-  
10. usvis forma ad unam numero eiusdem speciei materiam. At fors-  
11. tean nuda materia mutatur: ἀλόγως, una numero forma sub-  
12. stantialis diversas informabit materias; Concludimus ergo cum  
13. sapientum choro istas conversiones aut nunquam visas esse:  
14. aut si qua visas sunt, non rem videndam, sed oculum viden-  
15. tis fascino fuisse oblaesum: vel in violatus si perstitit oculus  
16. rem videndam subdolè fuisse subductam, aliamq; substitu-  
17. tam. Addunt nonnulli imaginationem & melancholicos  
18. affectus. Vid. Wierus l. 3. c. 10. l. 4. c. 22. & seqq. Horstius l. 2. nob  
19. bil. Exere. 9. q. 9. Gödelm. l. 2. c. 3. p. 24. Egregium autem huius rei  
20. exemplum ap. Georg. Sabinum in l. 7. mesem. Ovid. vide. Quae  
21. contra venimus congressui reservamus.

### Quaestio IV.

An Diaboli verè cum lamiis congregiantur: &  
num verè possint gignere?

**I**ta sanè plurimis persuasum est; Diabolos re vera corporibus  
humanis adsumtis, cum hominibus conredi posse: & si cum mu-  
lieribus, incubos, si cum viris concumbant succubos, gigni. Tela  
eorum excipiemus in conflictu. Nostra negativa erit. Quo-  
modo enim spiritus, qui carne & ossibus: membrisque ad genera-  
tionem necessarius destruitur, sicq; simplex est, generabit? como  
positi hoc est. Ergo & corporis naturalis: Ubi hic semen, tan-  
quam materia hanc ad rem plurimum necessaria? Hoc enim non  
nisi ab alimento est: at quis Demones unquam audivit  
nutriri. Ais, Demonem illud aliunde surripere. 1. At quam e-  
lumbe effugium & quamprimum enim istud extra vasa feratur pro-  
pria, vim istam, qua impregnationi originem potest prabere, amitti  
Medicorum essatum est. Immo si Diabolus hic quid efficeret, si-  
mile sibi producere deberet: quo dato, parum abest, quin omnes an-  
gulos iam dudum Demonibus vidisses repletos. Quibus ita stans  
tibus, merito illorum amplectimur sententiam, qui congressum  
istum ludibriis Diabolicis adscribunt: quibus vel distendat  
mulieris ventrem, & in partu fucato supponat puerum, ex aere con-  
densato factum, quem ad tempus ipse movet, per quem loquitur,  
per quem matris ubera tam acris er fugit ut vix matrum multatū lac  
sufficiat (Ego audivi quendam puerum fuisse in Saxonia, ait  
Lutherus super 3. ad 1. c. fol. 165. qui suxit 5. mulieres & tamen  
non potuit expleri) vel etiam infantem aliunde raptum cum alio  
terius matris infante permutate, &c. Vier. l. 3. c. 16. & à c. 19. ad  
33. l. de lamiis c. 13. Gödelm. l. 2. c. 5. Philos. acutiss. lac. Matt. Prae-  
ceptor & fautor noster honorand. l. 2. Metaph. p. 585. Sed tandem  
receptui canendum est.

### Quaestio V.

**An solo visu, vocibus, contactu, characteri-  
bus &c. fieriqueat fuscinatio?**

**C**ertè ita est: vix sunt picturae, quae non inveniant amasio  
os suos, veluti pupae improvidas aetates. *Fidem faciet tibi*  
B 2 *quasi.*

1. *quasitum hocce, ubi ad delirium usq; sibi persuadent venefica, se  
 2. predictis istis & his similibus aliis modis nescio quid non inten-  
 3. dere proximo posse. At falsissimè. Num enim vilus ad fasci-  
 4. cinandum datus? num in oculo tale quid veneno si latet quod pos-  
 5. set fascinum causari? mirum, si hoc, oculum tam diu ab ipso stetit li-  
 6. berum. Sed neq; vocibus quid possunt. Omne enim prin-  
 7. cipium operationis, quo alterantur corpora, qualiras est. At  
 verba duntaxat notæ & indices mentis sunt, non à natura,  
 sed à hoc tantum creatura intelligentis eiusdemq; arbitrio de-  
 pendentibus. Quid ergo amplius istis efficeret, quam quod mente sus-  
 cepisti? Nulla quantitatum per se efficacia est. Neq; perita-  
 tum: alias fascinum naturale dnoim dicerem: alias tactus ab  
 qualiter in omnes quos tangeret, ageret: lateant plura, Neq; et-  
 iam characteribus: ne vim artificialium cum naturalium trans-  
 mutasse videamur, &c. Vid. Delt. tom. 1. disq. Mag. c. 3.  
 §. 4. fol. 3. & seqq. Viet. l. 2. de prestig.  
 s. 14. & l. 4. c. 9. Sed satis fuimus  
 cum Magis.*

**DEO naturæ authori jubilatio.**



*Quisquis est, qui se habet, non se habet, non se habet, non se habet.*


*Quisquis est, qui se habet, non se habet, non se habet, non se habet.*

05 A 636

ULB Halle

3

003 761 673




5b

VD 19







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

QUESTIONUM  
 DE  
 AGIA, 2  
*Quæstio*  
 VM LARGI-  
 Æ AVTHORE, ET  
 ore, jussu scituq;  
*ntis Philosophica in inclus a Vis-*  
*sum Academia.*  
 O LOCO  
*acu't. se sibi adsignato,*  
 examini subjeit.  
 GIUS OBERLA  
 mn. Elect. Saxonicus.  
 PONDENTE  
 SEIDELIO, Fideli-  
 ensi March.  
*ad finem properantis 1614. in Col-*  
*migno, horis à 7. matutinis.*  
 T E B E R G A E,  
 Müllerianis.  
 D C. X I V.